BIBLIA VETERIS TESTAMENTI

Klosterneuburg, um 1310/1315

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uidebitis & diuinationes ñ diuinabitis Ampli-
Et eruam ppl'm d manu eōr & scietis q ego dñs
cū venerit ad me uiri seniores israel & sederūt coram
ET factū est sermo dñi ad me. XIIII. me
dicens. Fili hōis filii isti posuerūt immundicias suas in corde suo & scandalū iniquitatis suae statuerūt ante faciem suam. Numquid interrogatus respondebo eis per hoc. Ideo loquere eis & dices ad eos. Haec dicit dñs deus. Homo homo qui posuerit idola in domo israel immundicias suas in corde suo. & scandalum iniquitatis suae statuerit ante faciem suam & uenerit ad prophetam interrogans per eum me. ego dñs respondebo ei. in multitudine immundiciarum suarum. ut capiat dominus israel in corde suo. qui recesserunt a me in cunctis idolis suis. Propterea dic ad domum israel. Haec dicit dñs deus. Date et recedite ab idolis vestris & ab omnibus abominationibus vestris auertite facies uestras. quia homo homo de domo israel & de proselitis qui habitant in israel si recesserit a me & posuerit idola sua in corde suo. & scandalum iniquitatis suae statuerit ante faciem suam & uenerit ad prophetam ut interrogans me per eum. ego dñs respondebo ei per me. Et ponam faciem meam super faciem hominis illius & faciam eum in signum & in proverbium & disperdam eum de medio populi mei & scietis quia ego dñs. Et propheta cum errauerit & locutus fuerit verbum. ego dñs decepi prophetam illum & extendam manum meam super illum & delebo eum de medio populi mei israel per ministerium suum. Iniquitatem suam portabunt sicut iniquitas interrogantis sic iniquitas prophetae erit. ut non erret ultra domus israel a me neque polluantur ultra in omnibus praeuaricationibus suis. & sint mihi in populum & ego sim eis in deum ait dñs deus. Et factum est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis terra cum peccauerit mihi ut praeuaricetur praeuaricationem extendam manum meam super eam & conteram baculum panis eius & immittam in eam famem & interficiam de ea hominem & iumentum. Si fuerint tres uiri isti in medio eius. noe. daniel & iob. iustitia sua liberabunt animas suas. ait dñs deus. Et si bestias pessimas induxero super terram & vastauerit eam & fuerit inuia eo quod sit pertransiens propter bestias. et uiri isti cum fuerint in ea uiuo ego dñs dñs. quia filios non filias liberabunt. sed ipsi soli liberabuntur. terra autem desolabitur. Vel si gladium induxero super terram illam & dixero gladio transi per terram & interfecero homines & iumenta. de ea tres uiri isti fuerint in medio eius uiuo ego dñs dñs. quia non filios non filias liberabunt. sed ipsi soli liberabuntur. Si autem pestilentiam in-
misero super terram illam & effudero indignationem meam super eam in sanguine. ut auferam ex ea homines & iumenta & fuerint in ea noe. daniel & iob in medio eius uiuo ego dñs dñs. quia
filium & filiam non liberabunt. sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. quomodo haec dicit dñs dñs. quia si iudicia mea pessima. gladius & fames & bestias malas & pestilentiam immisero in eam ut interficiam de ea hominem & pecus. non relinquetur ei salutaris educentis filios & filias. Ecce ipsi egredientes adducent & uidebitis. ecce & consolabimini super malo quod induxi super eos. quod in portauimus super eam. Et consolabimini vos cum uidetis uiam eorum & adinuentiones eorum & cognoscetis quia non frustra fecerim eam. quamquam feci ei. ait dñs deus. XV.
ET factum est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis quid fiet de lignum vitis ex omnibus lignis nemorum quod sint ligna silua? Numquid tollet de ea lignum ut fiat opus. aut fabricabitur de ea paxillus ut pendeat in eo omne vas? Ecce igni datur in escam. Vtrumque perdit ignis. sumptus est. et combustus est. numquid adhuc erit in opus. Ecce cum esset integrum non erat aptum operi. quanto magis cum illum ignis devoraverit & obduxerit. nunquid erit in opus. Ecce quomodo lignum silue. quod dedi igni ad uorandum sic dabo habitatores hierusalem & ponam faciem meam in eos. De igne egredientur & ignis absumet eos. Et scietis quia ego dñs cum posuero faciem meam in eis & dedero terram in solitudinem & desolatam eo quod praeuaricatores extiterint dñs dñs. XVI.
ET factum est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis notas fac hierusalem abominationes suas & dices. Haec dicit dñs deus hierusalem. Radix tua & generatio tua de terra chanaan. pater tuus amorreus & mater tua cethea. Et quando natus es in die ortus tui non circumcisus es. umbilicus tuus non ligatus est. et lotus in aqua non es. et salitus. nec fasciis involutus. Non pepercit super te oculus vt faceret tibi unum de his misericordiam tui. sed proiectus es super faciem terrae in abiectione animae tuae in die qua natus es. Transiens autem per te. uidi te conculcatam in sanguine tuo. Et dixi ei cum esses in sanguine tuo. Viue. dixi inquam ei in sanguine tuo. uiue. multiplicatus es & grandis effecta. Ingressa es & pueritiae adolescentiae. uberes mammae factae sunt. & pilus germinauit. tu autem nuda & confusione plena. Et transiui per te & uidi te. Ecce tempus tuum tempus amantium. Et expandi amictum meum super te & operui ignominiam tuam. Et iurauit mihi & ingressus